

Guil. Fabric. c. cent: 4. obs. 32. Henr. ab Heer. obs. 29. cumq; quib; 9, Scen. l. 3.  
 pr. p. 5. S. l. c. 4. ægros interdum diu vivere sine molestiâ posse, dicit,  
 si accidant graviores, viresq; dejiciant, compescendi sunt: id  
 quod fit: conserv. ros. rubr. tormentil. rad. acetos. menth. diacydon. c. &  
 sin. spic. CC c. ust. preparat. bolo armen. corall. rubr. mastich. spod. fir. mastich.  
 d. cortic. citr. myrtill. &c. Extraq; iis applicatis, quæ aphor. 14.  
 proposuimus. ALVI CONTRASTIPATIO, perpetuus quasi hypochondriacorum malorum comes esse solet, multorumq; interdum in  
 iis malorum ac symptomatum causa; cuius etiam plures ab auto-  
 ribus referuntur casus: præcipue verò Alexand. Benedict. l. 19. d. cur.  
 morb. rat. c. 36. Fernel. l. 6. part. morb. ac symptom. c. 10. Forest. l. 2. ob-  
 serv. 34. in schol. Schenck. l. 3. obs. Henric. ab Heer. c. l. horum aliquod  
 annotarunt; qui etiam absq; omni in nonnullis accidérunt mole-  
 stiâ, nihilq; damni inde ægri percepunt. Causam hujus supra.  
 aphor. 11. itidem exposuimus. ALIAM tamen ex chymicorum prin-  
 cipiis deducam, ac à Ærio sensum obtundente, Θq; Θrosi stimu-  
 lum coercente. Φeq; excrementio spisso, existentem Job. Chunnad.  
 hist. morb. qui à Castr. ad rastr. &c. c. 10. d. caus. symptom. Ærial.  
 membr. 6. reddere conatur, quam suo relinquimus loco. Qui-  
 bus autem remediis huic symptomati, si molestum sit, succurri pos-  
 sit. aphor. 13. & 14. videre licet. Hoc tamen observandum, ne  
 valentioribus alvum solicitare tentemus, cum malum plerumq;  
 augeant; sed humectantibus potius, ac lubricaniibus utamur.  
 Hartman. in prax. chymiatric. Æri tintetur. à giiij ad viij cubitum ituro  
 exhibtam, magnæ in alvo suppressâ esse efficaciæ, dicit. Cum  
 verò contra nonnunquam SPONTANÆ LARGIORES in affectu hoc  
 accidere soleant SOLUTIONES, sæpiissimeq; accidat, ut ægri ingen-  
 tem materiæ atræ, ac picis instar nigrae & tenacis deponant sabur-  
 ram: uti hujus rei historias enarrant Petr. For. l. 9. obs. 23. Marcell.  
 Donat. d. Histor. Med. mirabil. l. 4. c. 9. Schenck. l. 3. obs. Philip. Heckstet. de-  
 cad. 2. obs. rar. c. 4. eæ, si cum tolerantiâ ægri, nullisque gravioribus  
 symptomatibus, ac levamine potius aliquo (uti ab autoribus jam  
 enumeratis, adductæ ferè pleræq;) accidant, bonum præbent si-  
 gnum, naturæq; vitiosa ejicientis robur indicant; nec ulli terro-  
 rem injicere debent, præsertim si justo iterum subsistant tempo-  
 re; & Hippocr. ipse aph. 48. f. 6. Spleneticis eas bonas esse pronun-  
 ciat